

P E D E M O N T A N A

R E G I O.

T A V R I N O R V M Regionem nunc Pedemontium vocamus, tanquam pedem montium; quoniam ad radices Alpium est, quæ Galliam, Sabaudiamque ab Italia diuidunt. Fines ponemus ab Oriente, Padum; à Meridie, Ligurum Alpes; ab Occidente, Galliæ Alpes, à Septentrione Duriam ripariam. Agros habent amoënis fructiferisque collibus plenos; qui frumentum, aliasque fruges, & optima vina, cum nobilissimis fructibus producunt. Vrbibus, Oppidis, Pagisque per honestis nitent. Ducatus Taurinus sub Longobardis appellabatur, à quibus in Provinciae formam, cui Dux præerat, redactus est. Longobardorum verò Imperio deleto, primùm in Italiæ Regum, quos Imperatores Cæsares instituere, potestatem venit: pòst in Regulorum diuersorum, diuque seculis ultimis Ditioni Principum, Comitum, Du-
cumque Sabaudiæ fuit habita, donec Anno .M. D. XXXVI. partem eius Franciscus .I. Franciæ Rex cepit. [nunc verò Sabaudiæ Duci restituta est.] Metropolis est Ciuitas Taurinum, ad ostium in Pado Duriæ; quam Ptolemæus, Plinius, & Tacitus Augustam Taurinorum vocant. Priscis temporibus hanc nobilem fuisse Vrbem, vel hinc intelligere licet, quòd Colonia Romanorum erat. Iacet ad montium radices, forma quadrata, cum portis quatuor, nobilitate Ciuium maximè clara; splendidis etiam ædificiis ornata, inter quæ summum templum. Gymnasium habet omnium disciplinarum; mirificeque rebus omnibus ad vium vitæ necessariis & utilibus abundat. Agro est perbono ac fertili, maximè verò versus Orientem & Austrum, cum vallibus ferri copia fœcundis. Taurinum Longobardorum sedem fuisse Paulus Diaconus perhibet. His, usque ad captum bello Caroli Magni, Desiderium Regem, paruit: deinde autem in Italiæ Regum, Imperatorum, Montiferrati Marchionum, & Sabaudiæ Regulorum [quibus hodie etiamnum paret] fuit. Ad Padi fontem versus Ripellum & Paisana, sunt marmorum nobilium lapicidinæ. Ad capitis Padi dextram, incipit planities quædam amoëna, Vallis Padi dicta; vel (ut incolæ vocant) Luserna; ab Oppido nimirum, quod habet, Luserna. Procurrit in longum millia xxx. latitudinis ad summum. 1111. In aditueius Orientali capite, Mambrinum est; in exitus fine versus Occidentem, Crux lapidea præcelsa. Coloni vulgo nominantur Christiani, sed ritus & cærimonias Christianorum haudquaquam sequuntur; imò perquam nefaria flagitiosaque colunt instituta: quale præ ceteris est, quòd menstruo tempore diem obseruant, quo cuncti in Ædem conuenientes, post Antistitis impuri, ac scelesti concionem, extinctis obscuro noctis luminibus, in venerem detestabili, ac prorsus à sanæ mentis nemine non vituperato exemplo, promiscuè ruunt. Hæc ex Leandro delibatumus, qui plura habet. Lege quoque de hac Regione Dominicum Nigrum.

PEDE
MONTA
NAE VICE
ORVMQVE
EGIONVM
VCTORE IA
COBO CAS
TALDO DE
SCRIP.

OCCIDENTAL

Cum privileg

*sola de Arbenga
letta la Galinura*

Scala miliarium Italicorum.

A horizontal ruler scale marked from 5 to 20 in increments of 1. The numbers are positioned above the scale line.

100% Satisfaction Guaranteed or Your Money Refunded!

A decorative horizontal border consisting of a repeating pattern of stylized, symmetrical floral or geometric motifs. The design is rendered in a dark, textured ink or woodcut style, with each motif featuring a central circular element flanked by curved, leaf-like or petal-like shapes.

RIDIES.

